

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Baptismus g  
cum fonte primo

In baptismo

sic omnia et originalia delicta  
et perperam commissa mundantur  
ut illi nos restituat puritati  
in qua Adam noscitur esse procreatus.

Cassiodorus super Psalmum L.

Sed istud lauacrum, quod sic abluit maculas  
peccatorum, ut supra niuem possit dealbare  
quod sordidum est, salutiferi baptismatis  
cognoscitur indicare puritatem: ubi  
sic omnia et originalia delicta  
et propria admissa mundantur,  
ut illi nos restituat puritati  
in qua primus Adam noscitur esse procreatus.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*,  
50.4 (CCSL 97, M.Adriaen ed., p.455, ll.127-  
132).